

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Ambrosius episcopus: Sermo zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

baioli scoterunt. Quia super
ni formidine iudicii ad tacta
conscientia. & carnalium saepe
affluentium uoluptatum. & iniuste
laudatium turbam coercens. ad se
ipsam reuertitur. uocantique ad
uitam festina respondit saluatori.

Vnde recte sequitur.

Et ait. adolescens. tibi dico. surge.

Et re sedit quierat mortuus. & coe
pit loqui. & edidit illum matri
suae. Resid& quippe quierat

mortuus. cum interna concunc
tione reuiuēscit peccator. Incipit
loqui. cum re ducis indicia uitae.
cunctis qui peccatum luxerant osten
dit. Redditur matri. cum per sa
cerdotalis decreta iudicii. com
muni sociatur ecclesiae.

Acceptit autem omnes timor. & mag
nificabant dñm dicentes. Quia
propheta magnus surrexit in nobis.

Quanto desperatior animae mors
ad uitam reuocatur. tanto plures
eodem corriguntur exemplo.

Vide dauid prophetam. uide aposto
lum petrum. Quorum quo gradus
altior. eo casus grauior. Quo autē
grauior casus. eo pietas erigentis
gratior. Quouero gratior in eis
pietas dñi apparuit. eo certior
cunctis penitentibus spes salutis
effulsit. Ut iure omnes qui
audiunt. dicant. Quia dñi uisita

uit plebem suam. Non tantum
modo uerbum suum semel in
corporando. sed & iam nostra
hoc. ut suscitari debeamus semper
in corda mit tendo.

INNATIWITATE

SCAE MARIAE.

LECT. SCAE EU. SEC. LUCAM.

In illo temp. Ex surgens ma
ria abiit in montana cum festina
tione in ciuitatem iudaeae.

Omet. bedae. eiusdem lection.
Require. in ebdomada antena
tale dñi.

LXXVII

SERMO BEATI AMBRO SII EPI DI EAD LECT.



x surgens autem maria
indiebus illis abiit in
montana cum festina
tione in ciuitatem
iudaeae. & intrauit in domum
zachariae. & salutauit elisab&h.

Et reliqua. Morale est omnibus.
ut qui fidem exigunt. fidem astru
ant. Et ideo angelus cum abscon
dita nuntiar&. ut fides astruatur.
exemplo senioris feminae ste
relisque. conceptum uirgini
mariae nuntiauit. ut possibile
dō omne quodei placuerit asse
rer&. Vbi audiuit hoc maria.
non quasi incredula de oraculo.
nec quasi interta denuntio.

nec quasi dubitans de exemplo.
sed quasi laeta prouoto. religiosa
pro officio. festina pro gaudio.
in montana perrexit. Quo
enim iam dō plena. nisi ad supe-
riora cum festinatione conscen-
deret. Nescit tarda molimina
scī sp̄s gratia. **D**iscite & uos scīe
mulieres sedulitatem. quam preg-
nantibus debeat exhibere cogna-
tis. Mariam quae ante sola
in intimis penetralibus uersa
batur. non a publico uirginitatis
pudor. non a studio asperitas
montium. non a officio prolixitas
itineris retardauit.

In montana uirgo cum festinati-
one. uirgo officii memor. iniurie
in memor. affectu uigens. non
sexu relicta perrexit in domum.
Discite uirgines non circumcur-
sare per alienas aedes. non demorari
in plateis. non aliquos in publico
miscere sermones. Maria in
domo seria. festina in publico.
mansit a pud cognatam suam
tribus mensibus. **E**t enim quae
propter officium uenerat. inhae-
rebat officio. Mansit mensibus
tribus. non quo domus eam delec-
tarēt aliena. sed quia frequen-
tius uideri in publico displicebat.
Didicistis uirgines pudorem
mariae. discite humilitatem.

Venit propinqua ad proximam.
iunior ad seniore. **N**ec solum
uenit. sed etiam prior salutauit.
Oec & enim. ut quanto castior uirgo.
tanto humilior sit. **N**ouerit
deferre senioribus. sit magistra
humilitatis. in qua est professio
castitatis. **E**st causa pietatis.
est & iam norma doctrinae.

Constituendū est enim. quia supe-
rior uenit ad inferiorem.
ut inferior adiuuetur. **M**aria
ad elisabēth. xps ad iohannem.
Deniq; & iam postea ut scīficarēt
baptismum iohannis. dñs uenit
ad baptismum. **C**ito quoque ad
uentus mariae. & praesentiae
dominicae beneficia declarantur.

Simul enim ut audiuit salutatio-
nem mariae elisabēth. exultauit
infans in utero eius. & repleta est
sp̄u sc̄o. **V**ide distinctionem. sin-
gulorumq; uerborum proprie-
tates. **V**ocem prior elisabēth audi-
uit. sed iohannes prior gratiam
sensit. **I**lla naturae ordine audiuit.
iste exultauit ratione misterii.

Illa mariae. iste dñi sensit aduentum.
Femina mulieris. & pignus pignoris.
Istę gratiam locuntur. illi intus
operantur. **P**ietatisque mis-
terium. maternis adoruntur
profectibus. **D**upliciq; mi-
raculo profetant matres. sp̄u par-

uulorum. Exultauit infans. repleta est mater. Non prius mater repleta quam filius. sed cum filius esset & repletus spu sco. repleuit & matrem. Exultauit iohannes. exultauit & mariae sps. exultante iohanne. repletur elisa b&h. Mariam tamen non repleti spu. sed spm eius exultare cognoscimus. Incomprehensibilis enim. incomprehensibiliter operabatur in matre. Et illa post conceptum repletur. ista ante conceptum. Benedictatu inter mulieres. & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi. ut ueniat mater dñi mei ad me. Nouit sermonem suu sps scs. nec umquam obliuiscitur.

Et propheta non solum rerum completur miraculis. sed etiam proprietate uerborum.

Quis est uentris iste fructus. nisi ille de quo dictum est. Ecce hereditas dñi. filii. merces fructus uentris.

Hoc est. hereditas dñi si lu sunt. qui merces sunt fructus illius. qui de mariae uentre processit.

Ipsa fructus uentris est. flos radice. de quo bene prophetauit esaias dicens. Exiit uirga de radice iesse. & flos de radice ascendit.

Radix enim est. familia iudaeorum. Virga maria. flos mariae xps.

Qui ueluti bonae arboris fructus. nostrae uirtutis processu. nunc flor&. nunc fructificat in nobis. nunc redi uua corporis resurrectione reparatur.

Et unde hoc mihi ut ueniat mater dñi mei ad me. Non quasi ignorans dicit. Scit enim esse sci sps gratiam & operationem. ut mater prophetae. a matre dñi. ad profectum sui pignoris salute tur. sed quasi non humani hoc meriti. sed diuinae gratiae munus esse cognoscit. ita dicit. Vnde hoc mihi.

Hoc est quantum bonum mihi accidit ut mater dñi mei ueniat ad me.

Non cognosco meum. unde hoc mihi. qua iustitia. quibus factis. pro quibus meritis. Non usitata haec officia feminarum sunt. ut ueniat mater dñi mei ad me. Miraculum sentio. cognosco misterium. mater. uerbo fetando plena est.

Ecce enim ut facta est uox salutati onis tuae in auribus meis. exultauit in gaudio infans in utero meo.

Et beata quae credidisti. Vides non dubitasse mariam sed credidisse. & ideo fructum fidei consecutam. Beata inquit quae credidisti. Sed & uos beati quia uicistis & creditis. Quae cumque enim crediderit anima. & concipit & generat di uerbum. & opera eius

agnoscit. Sit in singulis mariae
anima. ut magnificet dñm. sit
in singulis sp̄s mariae. ut exultet
in dō. Sit secundum carnem
una mater est xpi. secundum
fidem tamen omnium fructus est
xpi. Omnis enim anima accipit
di uerbum. sit tamen immaculata
& immunis a uitiis. intemerato cas
tiamoniam pudore custodiat.
Que cumque igitur talis esse potue
rit anima. magnificat dñm sicut
anima mariae magnificat dñm.
& exultauit sp̄s eius in dō salutari.
Magnificatur enim dñs. sicut & alibi
legimus. Magnificate dñm
mecum. Non quo dño aliquid
humana uoce possit adiungi.
sed quia magnificatur in nobis.
Imago enim di xpi est. & ideo
si quid iustum religiosumq; fecerit
anima. illa imaginem di ad cuius
est similitudinem creata magni
ficat. Et ideo dum magnificat
eam. magnitudinis eius quadam
participatione sublimior fit.
ut illam imaginem. splendido
bonorum colore factorum. &
quadam aemulatione uirtutis
in se uideatur exprimere.
Magnificat autem anima mariae
dñm. & exultat sp̄s eius in dō. eo
quod & anima & sp̄s. patri filioq;
deuota. unum dñm ex quo omnia.

& unum dñm per quem omnia. pro
ueneretur affectu. Sequitur
mariae quo persona melior. eo pro
phetiae plenior. Nec otiosum
uidetur quod & ante iohannem
elisab&h prophetat. & maria ante
dñi generationem. Serpunt
enim iam tentamenta sa
lutis
humanae. Nam sicut peccatum
a mulieribus coepit. ita & iam
bona a mulieribus inchoantur.
Vt si emine quoque muliebria
opera deponentes. Infirmi tati
renuntient. & anima quae non
hab& sexum ut maria quaenescit
errorem. religioso imitetur studio
castitatem. Mansit autem maria
cum illa mensibus tribus & reuer
sa est in domum suam.
Bene inducitur sc̄a mactia exhibu
isse officium. & m̄ facum nume
rum custodisse. Non enim sola
familiaritatis est causa quod diu
mansit. sed & iam tanti uatis profec
tus. Nam si primo ingressu tan
tus processus extitit. ut ad saluta
tionem mariae exultaret & infans
in utero. repletur sp̄s sc̄o mater
infantis. quantum putamus usu
tanti temporis. sc̄ae mariae. ad
didisse presentiam. Mansit
autem maria cum illa mensibus
tribus. Ungebatur itaq; &
quasi bonus athleta exercebatur

in utero matris propheta .7

Amplissimo enim uirtus eius certa mine parabatur .7 Deniq; tam diu mansit maria quam diu elisab&h. pariendi tempus implet& .7

Quod si diligenter aduertis. inuenies hoc nusquam positum. nisi in generatione iustorum .7 Deniq; impleti sunt dies ut pareret& maria. impletum est tempus ut pareret elisab&h .7 Impletum est uitae tempus. cum sc̄i uiri ex hoc uitae curriculo demigrarent .7

Plenitudinem iusti uita hab&. inanes autem dies sunt impiorum .7

IN NATALĒ S̄C̄I CYPRIANI. *LXXVIII*

SERM̄ BĒA MAXIMĪ IĒ.

S̄C̄I CYPRIANI FĒSTI

Sicut enim uuarum expressione uinum funditur. ita & sc̄orum martirio uini uice sanguis effunditur. nisi quod uua temporales fructus prestat. passio semperternos. Recte ergo martiriū uindemius comparatur. natalem eius martiriū procuramus. Conueniunt igitur uota nostra. uel mundi. Mundus uindemiarū ubertate laetatur. nos passione gaudemus. Quae quidem passio. uindemius comparanda est.

Sicut enim uuarum expressione uinum funditur. ita & sc̄orum martirio uini uice sanguis effunditur. nisi quod uua temporales fructus prestat. passio semperternos. Recte ergo martiriū

uindemius comparatur. **H**ab& enim & ebrietatem suam. hab& & calicem suum. de quo dicit propheta dauid. Et calix tuus in ebriant quam praeclarus est. Et ipse dñs in passionis suae exitu constitutus ait. Pater si possibile est. transeat calix iste a me. Et iterum propheta. Calicem salutaris accipiam. & nomen dñi inuocabo. Recte inquam calix martirio comparatur. Quia sicut calix cum bibitur. omnis humor noxius uini calore decoquitur. ita & martiriū poculum cum hauritur. omnes peccatoris feces. passionis gloria temperantur. Vinum ergo quoddam salutare martiriū est. quod cordi laetitiam prestat. calorem fidei. animae puritatem. Vinum plane est spiritale. de illa uua. quae pro salute omnium pependit in ligno. Sicut enim botrus redditurus uinum. prius in uinea quadam naturae arte suspenditur. ita & xps editurus uinum spiritale martiriū. in cruce quadam prouidentia diuinitatis aptatur. Ipse plane botrus. quem duo exploratores illi. hoc est hiesunaue & calep filius iepponae. in falanga ad filios israhel. propriis humeris detulerunt. Quod quidem factum.

Et ipse dñs in passionis suae exitu constitutus ait. Pater si possibile est. transeat calix iste a me.

Et iterum propheta. Calicem salutaris accipiam. & nomen dñi inuocabo. Recte inquam calix

martirio comparatur. Quia sicut calix cum bibitur. omnis humor noxius uini calore decoquitur. ita & martiriū poculum cum

hauritur. omnes peccatoris feces. passionis gloria temperantur.

Vinum ergo quoddam salutare martiriū est. quod cordi laetitiam prestat. calorem fidei. animae puritatem.

Vinum plane est spiritale. de illa uua. quae pro salute omnium pependit in ligno.

Sicut enim botrus redditurus uinum. prius in uinea quadam naturae arte suspenditur. ita &

xps editurus uinum spiritale martiriū. in cruce quadam prouidentia diuinitatis aptatur. Ipse

plane botrus. quem duo exploratores illi. hoc est hiesunaue & calep filius iepponae. in falanga

ad filios israhel. propriis humeris detulerunt. Quod quidem factum.